Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



90

to maximo miraculo reputarunt et ipse testis et multi alii ex devocione
lacrimas effuderunt

Super vicesimoquarto articulo incipiens tum qd de predicti omnibus re
testis examinatus dixit articulum esse verum quia adhuc hodie ita
famatur

Et fuit eidem testi luminetur prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus Discretus vir Thomas alteman de Neron
burg claustralis laicus Patavien diocesis etatis sue annorum Quadragin
uel circa contestis proximi prestripti testis videlicet Thome pistoris
qui deposuit super omnibus et singulis articulis sicut ipse principalis
testis proximus prestriptus super eisdem deposuit et super decimo nono
articulo examinatus et interrogatus interrogatus dixit ysaiam
Thomam per multos annos ante suam infirmitatem in eod
tempore quo infirmus ut ipse Thomas deposuit iacuit nouisse ne
cum infirmus se contractum vadisse et infra paucos dies cum
sanum similiter vidisse

Etiam super vicesimotertio articulo dixit ut ipse Thomas super
eodem deposuit et se presentem fuisse nec non super aliis articulis
concordat cum eodem

Et fuit luminetur eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus Discretus vir Conradus Tribel de
Neronburg claustralis laicus Patavien diocesis etatis sue annorum
Quadraginta similiter contestis prius Thome pistoris qui
deposuit super omnibus et singulis articulis prout ipse principalis testis
et proximus prestriptus contestis deposuerunt super eisdem et in omnibus
et per omnia concordat cum eisdem et adiecit qd tertio contestes
super hoc addici possent

Et fuit eidem testi luminetur prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinata Discreta mulier Anna vxor Vdalrici Koetzl
de Tulna Patavien diocesis etatis sue annorum Quinquaginta uel circa
contestis cuiusdam Dorothee de Wiema que ut ab aliis audiuerat vltra
tres annos manibus et pedibus contracta in hospitali opidi Wiennen
in lecto egritudinis fuerit quam dicta Anna contestis prius de diuersis
miraculis Anni domini millesimi quadringentesimi sexagesimi nono de die
non recordatur circa tumbam beati Leopoldi per vnum integrum